

5th Sunday before Advent

This Mass is only inserted if there are 28 Sundays after Pentecost. Most texts come from the 3rd Sunday after Epiphany.

Green

2 Cl. (Semiduplex)

INTROIT: *Jer. 29:11, 12, 14*

Dicit Dominus : Ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis : invocabitis me, et ego exaudiam vos et reducam captivitatem vestram de cunctis locis. *Ps. 84:2: Benedixisti Dominus terram tuam : avertisti captivitatem Jacob.* *℟. Gloria.*

The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction : you shall call upon me and I will bear you : and I will bring back your captivity from all places. Ps. 84:2: Lord, thou hast blessed thy land : Thou hast turned away the captivity of Jacob. ℟. Glory.

COLLECT

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice : atque at protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. Per Dominum.

Almighty and eternal God, graciously look upon our weakness : and stretch forth the right hand of thy majesty to protect us. Through our Lord.

EPISTLE: *Rom. 12:16-21*

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Romanos.

Fratres : Nolite esse prudentes apud vosmetipsos : nulli malum pro malo reddentes : providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes : non vosmetipsos defendentes, carissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim : Mihi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi : hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

A lesson from the Epistle of St Paul the Apostle to the Romans

Brethren: Be not wise in your own conceits. To no man rendering evil for evil; providing good things not only in the sight of God, but also in the sight of men. If it be possible, as much as is in you, having peace with all men. Revenge not yourselves, my dearly beloved; but give place unto wrath, for it is written: Revenge is mine; I will repay, saith the Lord. But if thy enemy be hungry, give him to eat; if he thirst, give him to drink, for doing this, thou shalt heap coals of fire upon his head. Be not overcome by evil, but overcome evil by good.

GRADUAL: *Ps. 43:8-9*

Liberasti nos, Domine, ex affligentibus nos : et eos, qui nos oderunt, confudisti. *℟. In Deo laudabimur tota die : et in nomine tuo confitebimur in sæcula.*

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us : and hast put them to shame that hate us. ℟. In God we will glory all the day : and in thy name we will give praise for ever.

ALLELUIA: *Ps. 129:1-2*

De profundis clamavi ad te, Domine : Domine, exaudi orationem meam.

From the depths I have cried to thee, O Lord : Lord hear my prayer.

GOSPEL: *Mt. 8:1-13*

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum.

In illo tempore : Cum descendisset Jesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ : et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens : Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens : Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra ejus. Et ait illi Jesus : Vide, nemini dixeris; sed vade, ostende te sacerdoti, et offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum et dicens : Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus : Ego veniam, et curabo eum. Et respondens centurio ait. Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic : Vade, et vadit; et alii : Veni, et venit; et servo meo : Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus, miratus est, et sequentibus se dixit : Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cælorum. Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Jesus centurioni : Vade, et sicut credisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Continuation of the holy Gospel according to St Matthew.

At that time: When Jesus was come down from the mountain, great multitudes followed him; and behold a leper came and adored him, saying: Lord, if thou wilt, thou canst make me clean. And Jesus stretching forth his hand, touched him, saying: I will; be thou made clean; and forthwith his leprosy was cleansed. And Jesus saith to him: See thou tell no man; but go, show thyself to the priest, and offer the gift which Moses commanded for a testimony unto them. And when he had entered into Capharnaum, there came to him a centurion, beseeching him, and saying: Lord, my servant lieth at home sick of the palsy, and is grievously tormented. And Jesus saith to him: I will come and heal him. And the centurion making answer, said: Lord, I am not worthy that thou shouldst enter under my roof; but only say the word, and my servant shall be healed. For I also am a man subject to authority, having under me soldiers; and I say to this man: Go, and he goeth; and to another: Come, and he cometh; and to my servant: Do this, and he doeth it. And Jesus, hearing this, marvelled; and said to them that followed him: Amen I say to you, I have not found so great faith in Israel. And I say to you that many shall come from the East and the West, and shall sit down with Abraham, and Isaac, and Jacob, in the kingdom of heaven; but the children of the kingdom shall be cast into the exterior darkness; there shall be weeping and gnashing of teeth. And Jesus said to the centurion: Go, and as thou hast believed, so be it done to thee; and the servant was healed at the same hour.

OFFERTORY: *Ps. 129:1-2, 2, 3*

De profundis clamavi ad te, Domine : Domine, exaudi orationem meam : de profundis clamavi ad te, Domine. ✠ Fiant aures tuæ intendentes in orationem servi tui. ✠ Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?

From the depths I have cried out to thee, O Lord; Lord, hear my prayer : from the depths I have cried out to thee, O Lord. ✠ Let thy ears be attentive to the prayer of thy servant. ✠ If thou, O Lord, wilt mark iniquities, Lord, who shall stand it?

SECRET

Hæc hostia, Domine, quæsumus, emundet nostra delicta : et ad sacrificium celebrandum, subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per Dominum.

May this offering, O Lord, we beseech thee, cleanse away our sins, and sanctify the bodies and minds of thy servants for the celebration of this sacrifice. Through our Lord.

PREFACE

Of the Trinity

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum Unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus : non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli, atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim : qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes :

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all times and in all places give thanks unto thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God : who with thine only-begotten Son and the Holy Ghost art one God, one Lord; not in the oneness of a single person, but in the Trinité of one substance. For that which we believe from thy revelation concerning thy glory, that same we believe of thy Son, that same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, we shall adore distinction in persons, oneness in being, and equality in majesty; which Angels and Archangels, the Cherubim too and the Seraphim do praise; day by day they cease not to cry out, saying, as with one voice:

COMMUNION: *Mk. 11:24*

Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis.

Amen I say to you: Whatsoever you ask when you pray, believe that you shall receive, and it shall be done to you.

POST-COMMUNION

Quos tantis, Domine, largiris uti mysteriis : quæsumus; ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dominum.

Grant, O Lord, we beseech thee, to make us, who of thy bounty frequent these great mysteries, worthy to receive their fruits. Through our Lord.